



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. VII. Ad satisfaciendum sufficiunt mala quæcumque temporalia, à
Deo, vel à causis secundes provenientia, patienter tolerata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

ad novas pœnas, semel pœnis persolutis. Sic-
ut namque solius Dei fuit, illas pœnas deter-
minare; ita etiam solius Dei est, illam deter-
minationem extendere. Ostendendum ergo
foret, Deum determinasse satisfactiones nos-
tras seu pœnas hujus vitæ, non solum secun-
dum suam substantiam, sed etiam secundum
modum intentionis satisfaciendi; quod Ad-
versarii nunquam ostendent.

Nonne ad veram pœnitentiam remissivam
peccati seu culpæ requiritur, ut dolor elicia-
tur ex motivo justitiæ vindicativæ? Quin
immò melius est, quod eliciatur ex amore
Dei super omnia, ut Omnes fateri debent.
Pari igitur ratione melius erit sibi ipsi infligere
voluntariè pœnam, aut inflictam à Deo pa-
tienter tolerare ex motivo dilectionis Dei
super omnia, quàm ex motivo justitiæ vin-
dicativæ, seu satisfaciendi pro pœna Purga-
torii. Sufficit ergo, quod materialiter sit actus
justitiæ vindicativæ.

135.
Disparitas
inter satis-
factionem,
& solutionem
debiti ex
stricta justiti-
a.

Ex quo festinè cognoscitur disparitas inter
satisfactionem, & solutionem debiti ex stri-
cta justitia: nam qui omnino liberaliter dat
100 florenos, nequidem materialem exercet
actum justitiæ commutativæ: quid ergo mi-
rum, si non satisfaciatur illi debitò? Quippe
res, quæ liberaliter datur, non est illa, quæ
debetur: hæc enim cum sit aliquo modo al-
terius, non potest cadere sub liberalem dona-
tionem; unde non censetur rem debitam
dare, sed aliam; ac proinde manet debitum.
Non sic res agitur cum Deo in casu præsentis:
ipsi enim semper magis placet, & quod melius
est. Cum ergo subire pœnam ex amore Dei,
melius sit & perfectius quàm eandem pœnam
sustinere ex motivo justitiæ vindicativæ,
quidni etiam magis placeat? Porro quod ma-
gis placet Deo, etiam magis placet Deum, ut
superius diximus: ergo magis satisfaciatur qui
sustinet pœnam ex amore Dei, quàm ex ti-
more pœnarum Purgatorii, aut ex motivo
justitiæ vindicativæ.

An fortè existimas, militem aliquem reum
capitis, qui ex puro amore pro Rege se expo-
suisset periculo mortis; cessante illo periculo
nihilominus capite plectendum ideo, quia
hoc non fecit ex motivo justitiæ vindicativæ,
sive ad satisfaciendum pro pœna, quam suo
delicto meruerat? Repugnat æquitati natura-
li: potissimum, cum præsumendum sit,
unumquemque id velle saltem implicite & in-
terpretativè, id est; si interrogaretur, respon-
deret se velle omnem effectum sui actus, quem
potest habere, maximè in favorabilibus.

De cætero, veluti non requiritur (ut
hactenus probatum est) intentio satisfaciendi
ex parte pœnitentis; ita existimo non esse
necessarium eundem finem ex parte Dei,
sed posse satisfieri per flagella patienter tole-
rata, quæ Deus permittit ob alios fines, ut

edidero Conclusionem sequenti, quæ sic se
habet:

CONCLUSIO VII.

Ad satisfaciendum sufficiunt ma-
la quæcumque temporalia,
à Deo, vel à causis secundis
provenientia, patienter tole-
rata.

Conc. Trident. sess. 14. c. 9. docet, *Tota-
tam esse divina munificentiæ largitatem, ut non
solum pœnis sponte à nobis pro vindicando peccato
susceptis, aut Sacerdotis arbitrio pro mensura de-
biti impostis; sed etiam (quod maximum amoris
argumentum est) temporalibus flagellis à Deo in-
flictis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum
Patrem per Christum Jesum satisfacere valeamus.*
Item can. 13. *Si quis dixerit, pro peccatis, quod
pœnam temporalem, minime Deo per Christi meritum
satisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis,
vel à Sacerdote immutatis, sed neque sponte susceptis,
&c. anathema sit.* Cumque hic non fiat distinc-
tio inter flagella, quæ à Deo infliguntur,
specialiter propter finem satisfactionis, & in-
ter illa, quæ Deus permittit naturaliter evenire
ob alios fines, videtur idem de utriusque
dicendum.

Atque hic est communis sensus fidelium,
qui dum sentiunt mala temporalia, statim ad Deum
Dei providentiam confugiunt; & confortan-
tes se divinæ voluntati, omnino indistin-
tenter illa accipiunt tamquam à paternæ ejus
manu provenientes, scientes quod scriptum
est Amos 3. v. 6. *Si erit malum in civitate, quod
Dominus non fecerit?* Et planè sic conveniunt
ad alleviandas calamitates hujus sæculi. Cum-
que non minus pœnalia sint mala, quæ natu-
raliter proveniunt à causis secundis, quàm
quæ specialiter à Deo infliguntur ad finem sa-
tisfactionis; tolerantia quoque cum patientia
eadem sit, eademque dignitas (ut suppono)
ejus, qui patienter tolerat; cur minus satisfa-
cerent?

Quia (inquis) Deus noluit acceptare, nisi
flagella à se inflicta pro vindicando pecca-
to; sicuti non acceptat, nisi pœnas sponte
susceptas pro vindicando peccato: ita enim
loquitur Trident. suprâ cap. 9.

Respondeo: omnia mala pœnæ, quæ pro-
veniunt naturaliter à causis secundis, vel li-
berè ab iisdem infliguntur, etiam suo modo
infliguntur à Deo juxta Scripturam præalle-
gatam: *Si erit malum (scilicet pœnæ) in civi-
tate, quod Dominus non fecerit?* Quasi Propheta
diceret: Omne malum pœnæ, quod est in
civitate, fecit Dominus; adeoque homo lau-
dabiliter

dabiliter fac-
tâ manu De-

Quantum
non additur
sed tantum
ceret itaque
patienter illa

Deinde

mitur in ca-

pressa intent-

precedenti

tem seu in

adest, quan-

pœnas, vel

immediatè,

naturalibus

dixi Concl-

homines, a

pro peccatis

hiè responde-

habent expr-

propterea C-

dicando pecc-

expressa int-

omiserit.

Ratio et

est voluntas

cilio Triden-

quoad flag-

guntur ob fi-

de aliis satis-

Disputan-

nis tenet se

illa flagella

tantur; an

seca propriè

tisfaciamus;

exteriora re-

dictam & p-

est, tamqu-

Sed omni-

progressu ro-

gat exteriori

satisfactioni

luntati. Fu-

per illa ma-

velit nolit

ipsum casti-

Seur. lib. 18. nu-

generalius pr-

communi, qu-

una ratio,

testate agent-

pono) non

sed omnino

sus indeper-

propriè non

venit ab

ad summum

quamvis p-

tur, ipse

dabiliter facit, ea omnia acceptando, tamquam à manu Dei.

Quantum ad ly Pro vindicando peccato, illud non additur à Concilio flagellis à Deo inflictis, sed tantum pœnis à nobis sponte susceptis. Sufficeret itaque si homo pro vindicando peccato patienter illa flagella toleraret.

Deinde illa particula omnino non exprimitur in can. præcitato; arbitror, quia expressa intentio satisfaciendi (ut patet ex Concl. præcedenti) non est necessaria: virtualis autem seu implicita & interpretativa semper adest, quando homo, vel sponte suscipit illas pœnas, vel patienter tolerat mala, à Deo immediate, vel mediantibus causis secundis, naturalibus seu liberis, inflictâ. Nam (sicut dixi Concl. præcedenti) si interrogarentur homines, an vellent per illa mala satisfacere pro peccatis seu pœnis temporalibus, indubie responderent se velle: immò frequentius habent expressam illam intentionem. Et fortè propter eâ Conc. cap. 9. addiderit ly Pro vindicando peccato; aliis autem locis, quoniam illa expressa intentio non est absolute necessaria, omiserit.

Ratio ergo à priori totius Conclusionis, est voluntas Christi, quæ colligitur ex Concilio Trident. locis jam allegatis, præsertim quoad flagella, quæ à Deo specialiter infliguntur ob finem satisfactionis; quamquam & de aliis factis conveniant inter se DD. Catholici.

Disputant verò, an tota ratio satisfactionis teneat se ex parte internæ voluntatis, quâ illa flagella acceptantur, seu patienter tolerantur; an verò etiam per ipsa mala extrinseca propriè satisfaciamus. Dico; Propriè satisfaciamus; quia Aliqui docent, per flagella exteriora remitti pœnam, tamquam per vindictam & punitionem immisissam à iudice, id est, tamquam per satisfactionem.

Sed omisâ hac satisfactione (de qua in progressu redibit sermo) prima sententia negat exterioribus malis omnem vim propriæ satisfactionis, eamque tribuit soli internæ voluntati. Fundamentum ejus est; quia homo per illa mala, quæ sponte non suscipit, sed velit nolit patitur, neutiquam laudabiliter se ipsum castigat: nam (ut rectè Scotus Quodlib. 18. num. 9.) *Laudabile & vituperabile, immò generalius præmiabile & punibile continentur sub hoc communi, quod est imputabile, & illius communis est una ratio, hæc scilicet, actum esse in libera potestate agentis.* Jam autem illa mala (ut suppono) non sunt in libera potestate agentis, sed omnino necessaria, inflictâ homini prorsus independenter ab ejus voluntate. Unde propriè non sunt voluntaria, quia non proveniunt ab intrinseco cum cognitione, sed ad summum volita per modum objecti: ergo quamvis per illa homo castigetur seu puniatur, ipse tamen se non laudabiliter castigat,

quod videtur requiri ad propriam satisfactionem per modum meriti.

Igitur tota ratio propriæ satisfactionis videtur consistere in actu interno voluntatis, quo liberè acceptat illa mala & patienter tolerat, nolens admittere illicitum solatium, quod fortè posset accipere ex impatientia. Unde & illa externa carentia solatii (si reverà aliqua sit) quia libera, saltem per participationem ab actu libero voluntatis, secundum hanc sententiam erit propriè satisfactoria, eo modo, quo alia pœna sponte suscepta, pro vindicando peccato. Loquitur ergo hæc sententia de illis malis, quæ nullatenus pendunt à voluntate hominis, sed velit-nolit ea patitur, in tantum ut non sint solum necessaria, id est, non libera libertate indifferentiæ, sed etiam nullatenus voluntaria, adeoque potius coacta. Pro hac sententia citat Suarius disp. 37. sect. 7. num. 2. Richardum dist. 15. art. 1. qu. 4. Gabr. dist. 16. q. 2. a. 3. dub. 7. quibus consentit Vasquez q. 94. a. 1. dub. 7. n. 6. & Dicastillo disp. 13. n. 75.

Contrariam sententiam sustinet Suarius supra num. 5. dicens, eum, qui voluntariè suscipit pœnam ab extrinseco illam propter Deum, satisfacere pro peccatis, non solum ratione actus interioris, sed etiam per se ac formaliter per ipsam exteriorem passionem seu pœnam. Suarium sequitur Lugo disp. 24. num. 71. Et probatur primò ex Concil. Trident. supra adducto, quod eodem modo loquitur de flagellis à Deo inflictis, & patienter à nobis toleratis, & de pœnis sponte à nobis susceptis; sed per has propriè satisfaciunt, & non per solam voluntatem internam; ergo similiter per illa.

Respondetur: etiam eodem modo loquitur de pœnis Sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis; & tamen non valet argumentum ab his pœnis ad illa flagella, vel etiam ad pœnas sponte susceptas: nam pœna imposita Sacerdotis arbitrio sunt satisfactoriæ ex opere operato; quod tamen constat non convenire pœnis sponte susceptis, aut flagellis à Deo inflictis.

Igitur tamen modus loquendi idem sit, attamen ex materia subiecta colligitur diversitas in modo remittendi pœnas, seu satisfaciendi pro pœnis. Porro materiam subiectam esse diversam, nemo rationabiliter potest dubitare: nam pœna sponte suscepta sunt externi actus liberi & humani, per consequens laudabiles; flagella autem à Deo inflictâ nec actus liberi, nec humani; ac proinde nec laudabiles. Quid ergo mirum, si ista pœna sint per se & formaliter satisfactoriæ; hæc autem flagella solum satisfactoria obiectivè (ut sic loquar) quatenus nimirum sunt objectum voluntariæ patientiæ, & acceptationis seu patientis tolerantia?

sententia. sequenti, quæ sic fa
SIO VII.
m sufficienter ma-
que temporalia,
à causis secundis
, patienter tole-

f. 14. c. 9. docet, Tati-
scentia largitatem, ut non pœnas
bis pro vindicando peccato
arbitrio pro mensura de-
(quod maximum erant
alibus flagellis à Deo in-
ter toleratis, apud Deum
sum satisfacere valeamus,
exerit pro peccatis, quod
imò Deo per Christi merita
tis, & patienter toleratis,
sed neque sponte susceptis,
quæ hic non fiat distincti-
æ à Deo infliguntur,
em satisfactionis, & in-
mittit naturaliter eve-
detur idem de utriusque

munis sensus fidelium, & in
a temporalia, statim ad
insurgunt; & consolat
atati; omnino indiffe-
mquam à paterna ejus
ficientes quod scriptum
it malum in civitate, quod
planè sic conveniebat
ates hujus sæculi. Cum-
a sint mala; & quæ natu-
ausis secundis, quàm
insurgunt ad finem sa-
a quoque cum patienti
dignitas (ut suppono)
erit; cur minus satisfi-

non solum acceptare, nisi
pro vindicando pecca-
at, nisi pœnas sponte
ado peccato: ita enim
à cap. 9.
mala pœna; quæ pro-
ausis secundis, vel li-
ntur, etiam suo modo
ta Scripturam præalle-
scilicet pœna) in civi-
fecerit? Quasi Propheta
m pœna; quod est in-
s; adeoque homo lau-
dabiliter

Ratio à pri-
ori totius
Concl. vo-
luntas
Christi

Fundamen-
tum sen-
tentia ne-
gati-
væ

Scotus

Richardus
Gabriel
Vasquez
Dicastillo

139.
Sententia
affirmans
probatur
ex Concilio
Trident.

Suarium
Lugo

Respondetur

140. Objectio.

Si dixeris: Ergo non alio modo sunt satisfactoria, quàm beneficia divina, v. g. creatio, beatitudo &c. utpote quæ etiam possunt esse objecta actuum virtutis, quorum exercitio satisfacimus.

Dilatatur.

Respondetur: ideo Concil. potius exprimere flagella à Deo inflicta, quàm beneficia, v. g. creationem, beatitudinem & similia; quia Concil. volebat contra Hæreticos adstere opera satisfactoria, quæ ipsi negabant, scilicet pœnas sponte susceptas, pœnas impositas à Confessario, & pœnas à Deo inflictas: dicebant quippe optimam pœnitentiam esse tantum novam vitam, ut patet ex can. 13. Si quis dixerit, pro peccatis, quoad pœnam temporalem, minime Deo per Christum merita satisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis &c. atque ideo optimam pœnitentiam esse tantum novam vitam; anathema sit.

Conc. Trid.

Commendare igitur voluit opera pœnalia, & patientiam in tolerandis pœnis à Deo inflictis, à quibus operibus & patientia maxime Hæretici abhorrebant: de modo autem satisfaciendi, videlicet ex opere operantis, vel ex opere operato, formaliter, vel objective, ibi Concil. nihil decernit, quia de eo non erat controversia cum Hæreticis; ut nec de beneficiis Dei, creatione, beatitudine & similibus, quæ vix vel ne vix quidem sunt materia tolerantiam seu patientiæ, quia ferè nullam, aut verius nullam habent pœnalitatem; unde & ipsi hæreticis acceptissima sunt. Si tamen aliqua forent beneficia, quæ hinc & nunc suam haberent pœnalitatem & molestiam, & per consequens forent materia patientiæ, etiam de illis concedendum erit, quod Concilium docet de flagellis à Deo inflictis, & patienter toleratis, scilicet per illa patienter tolerata, apud Deum Patrem per Christum Jesum satisfieri pro pœna temporali Purgatorii.

141. Instans ex Trident.

Ergo (inquit quispiam) sine fundamento Trid. dixit: Maximum amoris argumentum est, quod flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Christum Jesum satisfacere valeamus; frustra quæ commendat singularem benignitatem & munificentiam Dei in illo modo satisfactions. Nam satisfacere per solum actum internum patientiæ, secundum mensuram ipsius actus. nihil habet speciale & diversum ab alia satisfactione, quâ satisfacimus amore inimicorum, vel voluntate observantiæ divini legis &c.

Solvitur.

Respondetur: Maximum amoris argumentum est, quod Deus, cum potuisset temporalia flagella non infligere, nec dare hanc occasionem satisfaciendi simul & merendi, sed reservare pœnam pro altera vita, ubi & pœna major est, & sine ullo merito; voluit nihilominus commutare hanc pœnam majorem in illam minorem, & cum magno merito. Unde dicebat D. Augustinus: *Hic ure, hic seca, hic*

s. August.

mibi non parcas, ut in aeternum parcas. Et Pro. 1. verb. 3. v. 12. scriptum habes: *Quem diligit Dominus, corrumpit.* Similiter Hebr. 12. v. 6. *Hic quem diligit Dominus, castigat; flagellat autem omnem filium, quem recipit.* Quia nimirum hujusmodi castigacionibus & flagellis patienter toleratis satisfaciunt.

Nomen Christus dixit: *Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint &c.* Luc. 6. v. 22? Et tamen exprobratio & odium aliorum non est ipsa beatitudo, sed solum materia serviens ad acquirendam illam. Quis autem nesciat, illam materiam eo sine offerre, esse magnum beneficium?

Præterea cum hæc pœnæ sæpè proveniant ex concursu naturali causarum, immò aliquando ex nostris excessibus, ac proinde minus, aut fortè ex se nullo modo ad satisfaciendum ordinantur, maximum amoris argumentum est, quod Deus patientem eorum tolerantiam acceptet in satisfactionem, qui non tenebatur eam acceptare, ut patet in animabus Purgatorii, quæ licet patientissimè tolerant pœnis à Deo inflictas, nihilominus per illam patientiam minime satisfaciunt. Quod igitur in hac vita peccator per illam patientiam satisfaciatur, commendat singularem benignitatem & munificentiam Dei.

Atque de hac patientia intelligo D. August. aliosque SS. Patres, quos citat Suarez in 6. pto se, quando dicunt, Deum non punire in futura vita, quem punit in hac vita; intelligo (inquam) de patienti tolerantia, si loquantur de formali satisfactione; alioquin de ipsis pœnis externis, si de satisfactione objectiva, vel etiam de satisfactione loquantur.

Solum exscribo verba D. Augustini Enchirid. id. cap. 68. quem locum allegat Suarez: *Ligna (inquit) & senuum, & stipula, non absurde accipi possunt rerum secularium, quamvis licet concessarum, tales cupiditates, ut amari sine animi dolore non possunt. Cum autem iste dolor erit, si Christus in corde fundamenti locum habet, id est, ut ei nihil anteponatur, & malit homo, qui tali dolore uritur, rebus, quas ita diligit, magis carere, quàm Christo; per ignem sui salvus. Si autem res huiusmodi temporales ac seculares tentationis maluerit tenere, quàm Christum, cum in fundamento non habuit; quia has priore loco habuit, cum in edificio prius non sit aliquid fundamenti.* Hæc ille.

Sed non ad propositum nostrum: loquitur enim de illis doloribus, qui sunt in libera potestate patientis, qui possit (si vellet) cupiditates, ex quarum amissione uritur dolore, anteponere Christo, ut patet ex illis verbis: *Si autem res huiusmodi &c.* Ergo dolor ille non solum volutus est, sed etiam voluntarius in causa; sic, ut si homo vellet, non ureretur illo

144. Respondetur ad exemplum Christi.

s. August.

illo dolore cupiditates dolore. Quamvis fati

Castus, planè necessit ut dum testate ejus sint formaliter maliter mentia, qui esse formali

145. Intra Saa.

intentum. I

BUSCO

illo dolore: quia si vellet, jam non amitteret cupiditates, ex quarum amissione uritur illo dolore. Quid ergo mirum, si per illum formaliter satisfaciat?

Causa, de qua queritur, est, an dolores plane necessarii tam in se, quam in sua causa, sic ut dum illos homo patitur, non sit in potestate ejus proximè vel remotè eos non pati, sint formaliter satisfactorii, est non sint formaliter meritorii, nequidem in eorum sententia, qui putant, actum externum liberum esse formaliter meritorium?

Hinc faciliè respondetur ad exemplum Christi Domini & Passionem ejus, quo Suarius sup. num. 7. confirmat suam sententiam; dicens: Christus per Passiones suas extrinsecus illatas ita satisfacit, ut non solum interior actus, quo illas acceptabat & offerebat Patri; sed etiam ipsi dolores & poenae corporales essent satisfactoriae; etiam si Christus non illas in se efficeret, sed ab aliis illatas sustineret; ergo simili modo nos satisfacimus per flagella.

Respondeo: plane simili modo per similia flagella, id est, flagella, quae dependent à nostra voluntate, sicut passiones Christi dependebant ab ipsius voluntate. Nam (ut appositè D. Aug. lib. de Fide contra Manichaeos c. 26.) Dominus secundum carnem, quod est, formam servi, quam suscipere dignatus est; & contumelias passus, & vincula & flagella; & mortuus esse manifestatur, ut omnia vendicet, & nihil falso fecisse credatur, quia potestate ac voluntate Verbum caro factum est; & natus & passus & mortuus & resurrexit nulla sua necessitate, sed voluntate & potestate. Et 4. de Trinit. c. 13. Demonstravit spiritus Mediatoris, quam nulla poena peccati usque ad mortem carnis accesserit; quia non eam deseruit invidet, sed quia voluit, quando voluit, quomodo voluit. Quippe Dei Verbo ad unitatem commixtus est homo. Hinc ait (Joan. 10. v. 18.) Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam: nemo tollit eam à me; sed ego pono eam à me, & iterum sumo eam.

Namquid idem dici potest de flagellis, quae Deus infligit homini, aut de malis extrinsecis, quae inferuntur à cæcis naturalibus vel liberis? Certe de omnibus dici non potest, ut nimis clarum est. De aliquibus admitto dici posse; v. g. de tormentis Martyrum, quae evadere possent, si Fidem Christi vellent, sicut possent velle, negare; & ideo de iisdem assero, quod Suarius de Passionibus Christi, videlicet Martyres non solum satisfacere per internum actum patientiae seu acceptationis illorum tormentorum, sed etiam per ipsa tormenta, quae, si vellent, sicut possent velle, non paterentur. Igitur exemplum Christi ac Passionis ejus non est ad propositam quaestionem, ut patet.

Sed neque ratio Suarii efficaciter probat intentum. Est autem hæc: Licet ab extrinsecis

co patiat homo hanc poenam, dum tamen eam voluntariè suscipit & offert Deo, moraliter facit eam suam: ergo satis est, ut per illam satisfaciat; sicut qui ab alio suscipit pecuniam; & illam Deo offert in cultum Religiosum, per illam satisfacit. Probatur Consequentia: quia valor satisfactionis non Consistit in hoc, quòd ipse dolor seu poena à nobis, veluti actione physica, fiat; sed multò magis in hoc, quòd propter Deum sustineatur, & voluntariè illi offeratur. Ergo idem fiet in his flagellis, ut per illa satisfaciamus: quia moraliter non minùs grave est sustinere flagella extrinsecus illata; quam à se. Hucusque Suarius.

Mihi (inquit Lugo disp. 24. n. 73.) placet illud primum, nempe hominem facere illam poenam moraliter suam: displicet tamen exemplum offerentis Deo pecuniam; quam ab alio accepit; quia hic reverà accepit dominium illius pecuniae; & ita propriè offert quod suum est, & cujus dominium habet: qui verò patitur & acceptat agritudinem, nullo modo fit dominus illius. Unde retorqueri potest exemplum: quia si aliquis me impediatur ab acquirendo lucro; possum quidem ego patienter ferre illud damnum; per hoc tamen non potero offerre illam pecuniam Deo, ita ut tali oblatione satisfaciam voto offerendi tantam pecuniam in Dei cultum. Hæc ille.

Sed rejicitur à Dicastillone disp. 13. n. 70. exemplo S. Laurentii; qui dicebat Xisto Pontifici: *Thesaurus tuos iam expendi, quos tradidisti mihi. Quo casu (inquit) ipsa largitio, & non sola pia voluntas distributoria, meritoria esse poterat & satisfactoria; quia illa executio pendebat ab ipso, tamquam à liberè & moraliter laudabiliter operante. Ita hic Auctor.*

At (quæro ego) si S. Laurentius habuisset votum offerendi Deo certam summam pecuniae; quæro (inquam) an satisfacisset distribuendo thesauros Xisti Pontificis, supposito quòd Xistus Pontifex non transtulisset dominium, sed solam distributionem commississet Laurentio? Quis aude dicere, famulum distribuentem pecunias domini sui in pauperes, per hoc satisfacere voto suo, si fortè aliquid habeat, dandi elemosynam pauperibus? Hoc enim votum communiter intelligitur de bonis propriis, non alienis. Et de hoc casu Eminent. intellexit Suarium, ut patet ex ultimis ejus verbis: *Ita ut tali oblatione satisfaciam voto offerendi tantam pecuniam in Dei cultum.*

Ut cumque sit de hoc exemplo, satisfaciat talis, vel non satisfaciat; dico, non esse ad rem nostram, nec probare intentum: nam talis liberè accipit illam pecuniam, & liberè illam offert, ita ut possit non accipere, & non offerre. Quid ergo mirum, si satisfaciat non solum per piam voluntatem, sed etiam per externam oblationem: at verò in casu proposito, velit

iii non prebat intentum.

Ita et dicitur, sicut legitur, quod exemplum offerentis Deo pecuniam.

146; Impugnatur Lugo à Dicastillo exemplo S. Laurentii.

Contra cum arguitur Auctor.

144. Respondetur ad exemplum Christi.

145.

145.

Ratio Sua.

velit nolit, flagella debet tolerare sive patienter, sive impatienter. Sola ergo patientia est libera, & non externa tolerantia; & ideo sola patientia meritoria & satisfactoria, non autem externa tolerantia.

147. Unde quod ait Suarez supra in sua ratione: *Licet ab extrinseco patiatur homo hanc poenam, dum tamen eam voluntarie suscipit*, intelligo de interna susceptione propter Deum; nam: posset non suscipere propter Deum, & posset non offerre Deo; & ideo ille affectus internus est satisfactorius, secus externa susceptio, seu perpessio vel tolerantia poena.

Hinc ad probationem Consequentiae supra ex Suariorum, Respondeo: Valor satisfactionis non consistit in hoc praesice & solitarie, quod ipse dolor seu poena à nobis, veluti actione physica, fiat; sed in hoc, & insuper in eo, quod propter Deum sustineatur, & voluntarie illi offeratur. Et quia primum deest his flagellis, ideo per illa non satisfacimus, esto magis grave foret sustinere flagella extrinsecus illata, quam à se. Similiter non satisfacimus per flagella sponte suscepta, si non propter Deum sustineantur, defectu scilicet secundae conditionis.

Interim quia major patientia requiritur, ad sustinenda propter Deum graviora tormenta, quam leviora, fieri potest, ut plus satisfaciat, qui necessarii sustinet mortem extrinsecus illatam, quam qui solum sustinet levem aliquam flagellationem; immò magis, quam qui sponte seipsum leviter flagellat, quamquam exterior illa flagellatio sit satisfactoria, se us externa tolerantia mortis. Præterea potest conferri major interna patientia, quando quis flagella patitur sine culpa: quo casu potest conferri majus flagellum, etiam si molestia & acerbitas secundum se spectata esset æqualis. Quapropter (ut Aliqui notant) magis movet ad clementiam, adeoque magis satisfacit tolerantia ejus, qui sine culpa patitur, & patienter sustinet flagellum, quam ejus qui patienter quidem, sed ex culpa sua patitur: ipsa enim notitia delicti poenam lenit, & utcumque obstat, quò minus quis audeat aut velit conquiri.

148. Ex his facile respondetur ad ea, quæ pro sententia Suarii adfert Lugo supra num. 74. & 75. Qui (inquit) patienter acceptat Dei flagella, eo ipso consentit Deo in illa punitione; & quantum est de se, vult Deo cooperari ad illam. Quare licet re ipsa non sit causa flagelli, est tamen æquivalenter causa in conspectu Dei; quia æquitati consonum est, ut qui judici patienter consentit, nec ullo modo repugnat, mitius puniatur. Hæc ille. Quæ utique nihil aliud probant, quam liberam acceptionem flagellorum esse satisfactoriam, quod nemo negat, qui admittit doctrinam Concilii Trident.

Respondeatur ad probationem Consequentiae.

Respondeatur ad ea, quæ Lugo adfert pro sententia Suarii.

Et nihil aliud significant illa verba D. Augustini lib. 83. qq. q. 31. *Patientia est honestas aut utilitatis causa rerum adiarum ac dissimulatio voluntaria ac diuturna perpessio*. Ergo per patientiam homo facit passionem necessariam æquivalenter suam; distinguo Consequens. Facit passionem necessariam æquivalenter suam, id est, propriè voluntariam, nego Consequentiam: facit passionem necessariam æquivalenter suam, id est, volitam, concedo totum. Hoc autem sufficit, non ut ipsa perpessio seu passio necessaria sit formaliter satisfactoria; sed ut ipsa patientia æquè, vel aliquando magis, aut etiam minus, juxta suam perfectionem aut imperfectionem, satisfaciat, quam passio seu perpessio propriè voluntaria earumdem vel diversarum poenarum.

Certum est, ly *Voluntaria* in definitione August. non posse accipi in omni rigore; nam Adversarii acmittunt, flagella à Deo infligi non esse propriè voluntaria, cum tamen sint obiectum patientiæ, ut clarè significatur in alia definitione ejusdem sanctissimi Præfati, lib. de Patientia cap. 2. *Patientia* (inquit) *hominis est, qua recta est atque laudabilis, & virtutibus digna virtutis, ea perhibetur, quæ æquo animo mala toleramus, nec animo iniquo bona desideramus, per quæ ad meliora pervenimus*. Quapropter impatientes, dum mala pati nolunt, non efficiunt ut à malis eruantur, sed ut mala graviora patienter. Patientes autem, qui mala malant non committendo ferre, quam non ferendo committere, & leviora faciunt, quam quæ per patientiam patienter, & peiora evadunt, quibus per impatientiam mergentur.

Et verò flagella à Deo infligta quis dubitat esse mala? Aut æquo animo posse tolerari? Igitur quod hic dicit S. Doctor *Æquo animo*, in priori definitione explicat per ly *Voluntaria ac diuturna perpessio*. Æquus autem animus quid aliud est, quam affectus internus, quo homo præeligit pati potius illud malum, quam admittere solatium illicitum, quale esset indignatio, querela & impatientia ad leniendum dolorem?

Planè (inquis) talis affectus est; & ideo illa passio non solum est volita, sed etiam voluntaria, saltem indirectè. Ita Lugo supra num. 75. Quia tamen (subjungit) hæc etiam dependentia indirecta est nimis imperfecta, ideo minus conducit, quam illud aliud, quando homo ipse sponte assumit ipsas passiones.

Hinc infero (prosequitur idem Auctor n. 76.) cur Trident. dixerit, in hoc genere satisfactionis elucere magis bonitatem Dei, & ejus munificentiae largitatem. Neque enim his verbis negare voluit, hanc etiam esse satisfactionem de condigno: sed quia ex parte modi multum deficit à rigore justitiæ vindicativæ, ideo major benignitas Dei est, acceptare etiam hujusmodi

151. Præjudicium.

152. Quid autem sit conceptus in Logici.

153. An sufficiat pro omni- bus impati- entia?

Secundum hujusmodi condignitas non condignitas est in tali Judex illa ne debita hæctenus. Respondeo sicut in in condignitas requirit eas digno maxis statum operis libere supernaturam missionem dignitas fatid est, omni minima poenantis statum ex opere cioris; e tate, honest ex parte De tionem. Et deest libert non sunt fa poena tempo in hoc gen nitate De supra declarare. Ceterum (uti supra) luotatis, q gnationem, niendum de tum illud ommissione il patientia, liberum, fa impedire si (inquam) e formaliter s etiam illeq negatur Co mus, quo Hæc dic enim ut oc nus bonus et nam poen tionem pro nulli invidi ngo probat vis existime bilem. Si autem omisso im omisso pos turalis, null

Patentia.

ficant illa verba D. Augustini
131. Patientia est honesta
adversum acerbissimum
reus. Ergo per patientiam
necessariam acqui-
guo Consequens. Eius
equivalenter loquor, id
est, per patientiam magis, aut
perfectionem aut im-
munitatem, quam passio seu
penitentia eorumdem vel diver-

Secl. 12. De Satisfactione secundum se. Concl. 7. 885

hujusmodi satisfactionem, in qua est minor
condignitas; est tamen aliqua, quia condigni-
tas non consistit in indivisibili, sed habet la-
titudinem, sicut habet fundamentum, quod
est in tali vel tali modo patiendi, ad hoc ut
Iudex illam passionem acceptet in partem pœ-
næ debitæ, licet possit eam non acceptare.
Hætenus Eminentissimus.

151.
Presiudi-
cat.

Respondet: sicuti condignitas meriti con-
sistit in indivisibili, id est, omne meritum
condignum præmiis, quantumcumque minimi,
requirit easdem condiciones cum merito con-
digno maximi præmiis; v. g. ex parte operan-
tis statum gratiæ, statum viatoris; ex parte
operis libertatem à necessitate, honestatem &
supernaturalitatem; ex parte Dei; ejus prom-
issionem seu ordinationem: ita quoque con-
dignitas satisfactionis consistit in indivisibili,
id est, omnis satisfactio condigna, etiam pro
minima pœna temporali, requirit ex parte ope-
rantis statum gratiæ (saltem si est satisfactio
ex opere operantis, seu reconcilians) statum
viatoris; ex parte operis libertatem à necessi-
tate, honestatem, & fortè supernaturalitatem;
ex parte Dei, ejus promissionem seu ordina-
tionem. Et quoniam flagellis à Deo inflictis
deest libertas à necessitate, idèò formaliter
non sunt satisfactoria, ne quidem pro minima
pœna temporali. Cur autem Trident. dixerit
in hoc genere satisfactoris elucere magis boni-
tatem Dei & ejus munificentia largitatem,
suprà declaravimus, nec opus est amplius de-
clarare.

152.
Quid au-
tem conce-
dit Lugoni.

Cæterum hoc libenter concedimus Lugoni
(uti suprà concessimus) actum positivum vo-
luntatis, quo propter Deum nolimus indig-
nationem, querelam & impatientiam ad le-
niendum dolorem, & per consequens augmen-
tum illud doloris, quod præcisè sequitur ex
omissione illius indignationis, querelæ & im-
patientia, utpote propriè voluntarium seu
liberum, saltem indirectè; quia possit illud
impedire si vellet, & non impedit: libenter
(inquam) concedimus, illud augmentum esse
formaliter satisfactorium; ergo totus dolor,
etiam ille, quem vellet nolit patitur talis homo,
negatur Consequentiæ; sed solus æquus animus,
quo ille dolor toleratur.

153.
An sufficiat
pura omis-
sio impa-
tientia?

Hæc dicta sint disputationis ergò; absit
enim ut oculus meus nequam sit, ubi Domi-
nus bonus est; si Dominus voluit illam exter-
nam pœnam necessariè acceptare in satisfac-
tionem pro pœna temporali, per me licet;
nulli invidio fructum satisfactionis, neque
nego probabilitatem sententiæ Suarii, quam-
vis existimem contrariam non minùs proba-
bilem.
Si autem à me queritur, an sufficiat pura
omissio impatientia? Respondet: si pura
omissio possit esse libera, honesta & superna-
turalis, nulla est ratio, quare etiam non possit

esse satisfactoria. An autem possit esse libera,
honestæ & supernaturalis, non est questio hu-
jus loci, neque multùm utilis, cum regulari-
ter non detur pura ommissio, id est, ommissio
abique omni actu positivo voluntatis, juxta
illud Scoti 2. dist. 7. q. 1. unicè n. 24. Non vi-
detur, quòd possit se suspendere (voluntas) ab omni
actu sine voluntate.

Et Quodlib. 16. num. 4. explicans illud
D. August. lib. 1. Retract. cap. 9. Nihil tam
in nostra potestate, quam ipsa voluntas est; sic in-
quit: Quod non intelligitur quantum ad esse illius
voluntatis, sed quantum ad agere eius: nunc autem
in potestate voluntatis est, quòd per eius imperium
alia potentia habeat actum vel non habeat; sicut
quòd intellectus non considerat saltem illud obiectum,
sine cuius consideratione potest voluntas habere
actum imperantis. Igitur in potestate voluntatis est,
quòd ipsa non habeat actum circa illud obiectum
determinatum. Hoc non intelligo sic, quòd ipsa possit
voluntariè suspendere omnem actum suum, seu vo-
luntariè potest non velle illud obiectum; sed habet
tunc aliud velle, scilicet reflexum super suum actum,
istud scilicet: Volo modò non elicere actum cir-
ca illud obiectum. Et hoc bene potest ex se; alio-
quin non possit omnem actum suspendere, post deli-
berationem: & est simile de acta intellectus & vo-
luntatis quoad hoc, quòd non potest suspendere illam
intellectionem, quæ necessaria est ad volitionem illam,
per quam suspendit illam intellectionem; sed potest
quancumque aliam suspendere. Sic non potest pro-
nunc suspendere omnem volitionem; quia non illam,
quæ voluntariè suspendit; sed potest suspendere quam-
cumque aliam, ad hoc non necessariò requisitam.
Hæc ille.

Regulariter
non datur
pura omis-
sio ex Scoti
10.

154.
Dubium est
an possit
dari ex eodè
dem.

Quæ verba si non negant absolute possibi-
lem puram ommissionem voluntariam seu libe-
ram (ut Aliqui volunt) saltem probant, com-
muniter voluntatem non suspendere volunta-
riè omnem volitionem; quia non illam, quæ
voluntariè suspendit; quiddam sit de possibili,
quod Scoto dubium fuit, ut patet ex primo
loco, quem integrum exseribo, ut melius in-
telligatur mens Doctoris Subtilis: De indeter-
minato (inquit) sive vago (actu) probatur idem,
vel quòd possit se suspendere ab omni volitione,
sicut processit una ratio, quæ tamen assumit dubium, quia
non videtur, quòd possit se suspendere ab omni actu,
sine volitione. Ubi expressis verbis illam senten-
tiam vocat dubiam.

Unde contrarium videtur Aliquibus asse-
rere 4. dist. 49. q. 10. nu. 10. ibi: Voluntas
respectu cuiuscumque actus est libera, & à nullo ob-
iecto necessatur. Et post pauca: Dico, quòd in
pluribus habet actum volendi; sed non necessariò ali-
quem actum. Sed potest se suspendere ab omni actu
ostensâ beatitudine.

Sed (ut verum fatear) ego hoc non pos-
sum videre in illis verbis; nam continuò at-
textitur: Aliter enim simplices, quando apprehen-
dunt aliquid, quod pertinet ad finem ultimum, de
T r r r t 3 quo

quo nesciunt, an sit de ratione finis ultimi, teneantur ad volendum illud. Vnde unumquodque obiectum potest voluntas velle & nolle, & à quolibet actu in particulari potest se suspendere hoc vel illo. Et hoc potest quilibet experiri in seipso; cum quis offert sibi aliquid bonum, & etiam ostendit bonum ut bonum considerandum & volendum, potest se ab hoc avertere, & nullum actum voluntatis circa hoc elicere; id est, neque actum amoris, neque actum odii. Quod autem hoc possit facere absque omni actu voluntatis, etiam illo; quo voluntariè suspendit actum odii & amoris, non video (ut dixi) quomodo ex illis verbis rectè colligatur.

155. Regulariter conjuncta est ommissio nisi positiva voluntas.

Cùm ergo dubium sit, an possit dari ommissio libera absque omni omnino actu voluntatis; & majus dubium sit, an possit dari ommissio pura honesta & supernaturalis; non videtur dubitandum, & experientia docet, regulariter ommissioni conjunctam esse positivam voluntatem omittendi: & illam posse esse liberam, honestam & supernaturalem; nemo est qui nesciat; per consequens talis voluntas poterit esse satisfactoria, quidquid sit de pura ommissione, quæ fortè nunquam datur, esto foret possibilis: & ideo non immerito huic quæstioni, ulterius resolvendo, an possit dari ommissio pura honesta & supernaturalis, & per consequens satisfactoria; sed illam resolutionem relinquo tractatui de Virtutibus & vitiis in communi.

156. An crescat satisfactio per passionem flagelli externi.

Subjungo autem resolutionem hujus quæstionis, quæ propria est presentis tractatui: Utrum crescat satisfactio per passionem flagelli externi, quamdiu durat actus interius patientiæ, an etiam postquam præterit? Respondeo: si quæstio loquatur de passione propriè voluntaria seu sponte suscepta, indubiè crescit quamdiu durat, saltem virtualiter; actus internus patientiæ, à quo habet passio ista, quod sit voluntaria, honesta & quodammodo supernaturalis, eodem modo, quo crescit satisfactio istius actus interni patientiæ. Nec video rationem dubitandi, supposito (de quo supra disputavimus) quod actus externus liber superaddat satisfactionem actui interiori.

Sin autem quærat de passione necessaria, patet responsio ex dictis: nam secundum sententiam Richardi, cùm solus actus internus patientiæ sit formaliter satisfactorius, perspicuè manifestum est, hoc actu prorsus cessante, tam actualiter, quam virtualiter, ipsam quoque formalem satisfactionem cessare; ac proinde nullatenus crescere ex duratione solius flagelli externi. Quam immò admittit sententiâ Suarii & Lugonis, Arriagæ & Aliorum, videlicet passionem necessariam patienter toleratam secundum se esse formaliter satisfactoriam, adhuc dico; cessante prorsus actu interno patientiæ tam actualiter, quam virtualiter,

ipsam quoque formalem satisfactionem passionis necessariæ cessare, juxta doctrinam traditam Concl. 4. ad quam remitto Lectorem.

Interea propono novam quæstionem: Quid si Deus infligat pœnas homini amentis, vel dormienti, vel distracto & aliis occupato, ita quod sit incapax voluntariæ acceptationis; numquid per illas pœnas satisfaciatur? Quid si positivè reluctetur & impatienter toleret, peccando mortaliter vel venialiter?

Respondet Lugo disp. 24. num. 85. hæc flagella posse prodesse per modum satisfactionis, cum his tamen conditionibus, ut non extinguantur majoris pœnæ debitum, quam ab ipsis afferatur omnibus pensatis; alioquin jam aliquid miseretur de condonatione vel satisfactione, cujus est incapax. Deinde ut à Deo infligantur in pœnam peccati: nam de rigore justitiæ Judex habet jus puniendi delinquentem pœnâ, ab ipso Judice imponendâ, sine eo quod attendat ad mala, quæ aliunde delinquens sponte, vel necessitate passus est. Tertia conditio est, ut ille homo non patiatur illas pœnas cum impatientia, quæ sit mortalis.

Verumtamen, si credimus Scoto, hæc ultima conditio nullatenus est necessaria: nam docet hic Auctor, & nos cum ipso docuimus disp. 6. sect. 6. conclus. 2. pœnam debitam peccato veniali, finire in inferno. Si in inferno datur satisfactio; ergo non requiritur status gratiæ: ergo tamen in hac vita impatientia foret mortalis, hæc ipsa non impediret satisfactionem magis, quam in inferno; cum hac tamen differentia, quod homo per impatientiam hujus vite, etiam solùm venialem, mereatur novas pœnas, sed per impatientiam in inferno.

Et ideo (ut advertit Lugo supra num. 86.) non debet simpliciter dici, quod homo per passionem illam extinguat debitum pœnæ, etiam quoad partem; quia ferè semper potius augebitur reatus pœnæ; et quod plus pœnæ debebit de novo propter illud peccatum impatientiæ, quam sit illud, quod extinguitur per passionem materialem illius mali. Hoc non habet locum in inferno, ubi animæ sunt extra statum merendi & demerendi, & per consequens satisfaciendi ex opere operantis de condigno per modum meriti; quia satisfactio non extinguit pœnas debitas per dignitatem aliquam moralem, sed per identitatem cum pœna determinata à Judice: ergo cùm hæc toleratur sive in inferno, sive in Purgatorio, sive veniali, ex integro fit satisfactio. Nonne fur, qui suspenditur, ex integro satisficitur, tamen ex impatientia Deum blasphemet, & Judici maledicat? Non est dubium.

Sed quid si ebrius suspenderetur? Dicatillo disp. 13.

disp. 13. n. mus quibus esse necessitat

acceptantem tur tamen re quod patient & non sicut tur pœnæ, quentis, ta pœnæ pro ante mortem cætero tant exemplum, cadaver dilate esse sensus, & nitur rationa amens verbe ebrius, sic que Dicatillo

At verò mittit satisfactio bito quin p. Subscribo ej est moralis ca ficos dolores non sentit co biliter dici, q in rigore lo qua dolor est nimus tunc m mor in pede a miente: at non sit sensat si tunc tempo magis, nec ad tolerandos tunc ille som à labore. Si dormiens aut res, est d omnino judi ram. Hæc illi somnum acc

Quidquid supra rejeci possit admitti quod fur susp revivisceret, Si inferas ex opere operantur pœnas quia Sacram operato, est ipse actiones passio solùm æqualem; si quos debebat nummotum operato. Ut patiuntur; n eodem opere

161. Obiecto tuitur.

160. Sententiæ Arriagæ.

disp. 13.

sentia.

in satisfactionem passio-
na doctrinam traditum
nito Lectorem.
novam questionem:
pœnas homini amens,
tracto & aliis occupato,
voluntaria acceptationis,
pœnas satisfaciunt? Quid si
impatenter toleret,
venialiter?
disp. 24. num. 85. hæc
per modum satisfactio-
conditionibus, ut non
pœnae debitum, quam ab
penfatis; alioquin jam
condonacione vel satis-
pax. Deinde ut à Deo
peccati: nam de rigore
s puniendi delinquentes
iudice imponenda, sine
hala, quæ aliunde de-
necessitate pallus est,
ut ille homo non patri-
patientia, quæ sit mor-

9. ab his
suspende-
re an sa-
rigoretur?

160. Di-
mili.

160.
Senecia
Antiga.

161.
Objectio
Antiga.

disp. 13. n. 96. Quamvis (inquit) conceda-
mus quibusdam DD. ad satisfactioem non
esse necessariam voluntatem influentem vel
acceptantem pœnas inflictas à puniente, vide-
tur tamen requiri ut habeant rationem pœnae,
quod patienti innotescant modo rationali, &
& non sicut bestia. Hinc est, ut quæ viden-
tur pœnae, & exercentur in cadavere delin-
quentis, tantum habeant propriè rationem
pœnae pro tempore, quo ipsi notificantur
ante mortem, torquendo illum eâ notitiâ; de
cætero tantum postea servant ad vivorum
exemplum, & deterrendos alios, videntes
cadaver dilaniari, comburi &c. Debet itaque
esse sensus, & sensus rationalis; alioquin non pun-
nitur rationalis, nisi valde materialiter, dum
amens verberatur, aut dormiens vexatur vel
ebrius, sicut posset bestia vexari. Huc-
que Dicafillo.

At verò Arriaga disp. 22. n. 12. ubi ad-
mittit satisfactioem in dormiente, non dubi-
tato quin pariter admittet satisfactioem.
Subscribo ejus verba: Vel homo dormiens,
est moraliter careat libertate, sentit tamen phy-
sicos dolores, ita ut verè patiat; vel non: si
non sentit eos dolores, non puto posse probabi-
liter dici, quod tunc satisfaciatur, quia reverà &
in rigore loquendo tunc non sunt dolores;
quia dolor est actus sensationis, quem suppo-
nimus tunc non esse. Poterit quidem esse hu-
mor in pede aut calor febrilis, etiam in dor-
miente: at dolor & pœnalitas nulla erit, si
non sit sensatio; id quod maximè locum habet,
si tunc temporis natura ipsa non debilitetur
magis, nec reddatur per hoc minus potens
ad tolerandos deinde dolores in vigilia, quia
tunc ille somnus potius debet reputari quies
à labore. Si verò (ut sæpè contingit) etiam
dormiens aut semidormiens sentiat eos dolo-
res, est moraliter libertatem non habeat,
omniò iudicio, fore tunc satisfactioem ve-
ram. Hæc ille. Loquitur de homine, qui ante
somnum acceptavit eos dolores.

Quidquid sit de vera satisfactioem, quam
suprà rejecimus, cur saltem tali casu non
posset admitti vera satisfactio? Credo planè,
quod si suspensus in ebrietate vel somno, si
revivisceret, amplius non suspenderetur.
Si inferas: Ergo illi dolores ex se & quasi
ex opere operato, sicut Sacramentum, remit-
tunt pœnas Purgatorii. Respondetur N. C.
quia Sacramentum remittere pœnam ex opere
operato, est aliquid plus remittere, quam
ipsa actioem in se valeant: at in præsentia illa
passio solum formaliter extinguit pœnam sibi
aequalem; sicut qui dat creditori 4. nummos
quos debebat, extinguit debitum eorum 4.
nummorum, ubi nec vestigium est de opere
operato. Ut etiam in Purgatorio animæ satis-
ficiuntur; neque tamen est ibi quidquam de
eodem opere operato.

Interim res est incerta. Si talis satisfactio
non proficit, saltem non oberit. Neque multum
prodesse potest per se loquendo ad evadendas
pœnas Purgatorii; quia valde exigua æquiva-
lencia est inter pœnas hujus vitæ, & pœnas
Purgatorii, quamvis non omnis videatur posse
negari: cum enim non sit excessus in infinitum,
contingere posset, quod pœna quæ deberet
esse intensa ut 100. fieret ut 90. propter
30. aut plures annos exactos in maxima misera-
ria. Deinde posset æquivalere si non pœna
essentia, saltem accidentali, v. g. gravissima
infamia, quam homo hic patitur, alicui in-
famiae accidentali, quam in Purgatorio debe-
ret pati.

Dixi, Per se loquendo; quia si Deus, ad
quem spectat determinare pœnas, ex liberali-
tate determinaret homini loco pœnae Purgato-
rii dolores gravissimos hujus vitæ, homo eos
dolores tolerans, ex toto rigore satisficeretur
(ut superius adhuc annotavi) & ibi perfe-
ctissimè haberet locum hæc doctrina. Sicut si
iudex humanus potens reum damnare ad mor-
tem, commutaret ex singulari gratia mortem
in flagellationem, eo favore supposito, dum
flagellaretur, perfectissimè satisficeretur.

An autem Deus determinaverit certas pœ-
nas hujus vitæ loco pœnarum Purgatorii,
quis consiliarius ejus fuit? Victoria in Sum.
q. 207. sic ait: Infirmus qui vellet sanari si
posset, sed quia non potest, fert bono animo,
in nomine Domini satisficit, non solum per
patientiam, quam habet; sed quia ipsa pœna
à Deo inflicta, sunt satisfactorie de se, sicut
etiam pœna Purgatorii, & multò meliùs.

Dico præterea (& hoc est multum proba-
bile & verisimile) quod quicumque in gratia
punitur à Deo in isto mundo, sufficienter puni-
tur; & non punitur in alio sæculo: & maxi-
mè, si morte eum pauiat; tunc enim non
dubito, quin mors inflicta à Christo (non lo-
quor de morte naturali) omnem pœnam deleat.
Probatur: quia nulla est ratio jam quod
Deus punit aliquem in vita, cur puniat partem
& non totum. Hæc ille.

Sane debilis probatio, ad excludendum
omne dubium. Ratio quippe est voluntas di-
vina, quæ rationabiliter potest velle punire
partem in hac vita, & non totum, cum posset
velle totum punire in futura vita. Unde mag-
nam gratiam facit puniendo partem in hac
vita, pœnâ utique mitiori & suaviori, quam
punitur in Purgatorio. Potest (inquit Scotus 4.
disp. 21. q. 1. n. 13.) bene concedi, quod mors
voluntariè accepta, sit pœna sufficiens pro pœna cu-
iuscumque peccati venialis, & fortè pro magna parte
pœnae debita pro mortalibus dimissis. Nec obstat,
quod est pœna necessaria: quia aliquis potest necessa-
rium voluntariè acceptare. Ubi (ut patet) requirit
voluntariam acceptationem; adeoque non
tam loquitur de satisfactioem (quæ non requirit
volunta-

162.
An Deus
determina-
verit certâ
pœnas hu-
jus vitæ loco
pœnarum
Purgatorii
sententia
Victoria.

163.
Rejicitur.

voluntariam acceptationem, ut manifestum est in fure, qui contra voluntatem suam suspenditur quam de satisfactione.

Prout etiam Victoria posset explicari, qui licet comparet penas inflictas à Deo pœnis Purgatorii, quas constat solùm esse satisfationes, tamen addit illam particulam: Et multò melius, scilicet sunt satisfationes: ergo videtur in ipsis cum Suario & Lugone agnoscere formalem & propriè dictam satisfationem, quæ sententia probabilis est, sicut dixi.

164. Sententia Medici, qui concedit flagellis à Deo inflictis satisfationem, negat satisfationem. Suarez.

Quid si & illam diceremus probabilem, quæ flagellis à Deo inflictis concedit satisfationem, negat autem satisfationem propriè dictam? Hanc (teste Suario sup n. 3.) tuetur Medina tract. 3. q. 5. in fine primi dubii: Unde (inquit Suarez) ut hæc pœna cadat in solutum (ita enim ipse supra loquitur) non videtur requirere hic Auctor aliquem internum voluntatis actum, seu liberam cooperationem aliquam patientiæ; sed solùm, ut quis exterius etiam in vitis patiat; quia de ratione pœne vindictivæ, à Judice inflictæ, non est actio, sed passio. Ita Suarius. Et sanè hæud dubito, quin si Deus voluisset, sic factum fuisset. An autem voluerit, libentius disco, quàm dico, ne audeam docere, quod nescio.

165. Mirabile verbum D. Hieronymi.

Tantum subscribo mirabile verbum (sic illud vocat Victoria supra) D. Hieronymi in Nahum Prophetam ad cap. 1. & refertur 23. q. 5. cap 6. Quid ergo (ait) contra Dominum cogitatis? Ipse qui creavit mundum, & consummationem eius faciet. Quod si vobis videtur crudelis, rigidus & exuentus, quod in dituro genus delevit humanum, super Sodomam & Gemonibam ignem & sulphur pluit, & Egyptios submersit fluctibus,

Israëliarum cadavera prostravit in cetero, scilicet eum ideo ad præsens reddidisse supplicia, ne in æternum puniret. Certe aut vera sunt, quæ Propheeta loquitur, aut falsa. Si vera sunt, quæ de severitate eius videntur dicere, ipsi dixerunt: Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione. Sin autem falsa sunt, & falsum est, quod dicitur: Non conflagret duplex tribulatio; falsa est ergo & crudelitas, quæ in lege descripta est. Quid si verum est, ut negare non poterunt, dicente Propheeta: Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione; ergo qui puniti sunt, postea non punientur. Si autem illi postea punientur, scriptura mentitur, quod dicere nefas est. Reciperunt ergo & qui in dituro perierunt; & Sodomita, & Egyptii, & Israëlitæ in solitudine mala sua in vita sua.

Quærat hic aliquis, si fidelis deprehensus in adultério deolvitur, quid de eo postea fiat. Aut enim punietur, & falsum est hoc, quod dicitur: Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione, aut non punietur; & optandum est de adultério, ut impræsentiarum brevi & citâ penâ cruciatus frustrentur æternos. Ad quod respondendum, Deum at omnium rerum, ita & suppliciorum quosque sicut mensuras, & non præveniri sententiâ Iudicis: nec illi in peccatorum exercitiâ deliræ penæ auferri præstatem: & magnum peccatum magno duntaxat, seu cruciatibus. Si quis autem punitus sit, ut ille in lege, qui Israëliticos maleverat, & qui in Sabbatho ligna collegerat, tales postea non puniri; quia culpa levius præsentis supplicio compensata sit. Hæc tenet S. Hieronymus, cum quo finio hæc materiam satis incertam, & pergo ad satisfationem sacramentalem, quæ propriè pertinet ad presentem disputationem de Sacramento Penitentia.

SECTIO XIII.

De Satisfactione sacramentali.

CONCLUSIO I.

Satisfactio non est pars essentialis Sacramenti Penitentia.

1. Satisfactio est pars Sacramenti Penitentia.

Hujus satisfationis meminit Concil. Trident. sess. 14. cap. 3. ibi: Sunt autem quasi materia huius Sacramenti (Penitentia) ipsius Penitentis actus, nempe Contritio, Confessio & Satisfactio. Qui quatenus in penitente ad integritatem Sacramenti, ad plenam & perfectam peccatorum remissionem (quoad culpam & pœnam) ex Dei institutione requiruntur, hæc ratione Penitentia partes dicuntur. Ergo satisfactio est pars Sacramenti Penitentia, saltem integralis. Numquid etiam essentialis? Respondeo & dico 1.

Satisfactio (inquit Palud. 4. dist. 16. q. 4. §. Circa tertium sciendam) ita est de essentia Penitentia, sicuti Confessio.

Si arguas: Deficiente illo, quod est de essentia, deficit res; sed de satisfatione non est sic: ergo &c. Responderet, quod huiusmodi partes non sunt partes integrales essentialis totius permanentis, quia illæ sunt simul sed totius successivi, cujus partes non sunt simul. Unde videtur, quod satisfactio sit magis pars

pars essentialis quia cum Penitentia in omni gratia, magis est sensibilis turæ nihil quia tunc t. Neque in v. Penitentia turæ, vel sensibile, vel. Cum igitur cessaria, quæ essentia, sic quia Sacramentum aliquid essentio consensum olim, ita & hic Auctor.

3. Satisfactio non fundamta.

Pœnitentia omni lege & ideo tota (ait Trid. vestis hominum nascunt, quov quendam necessentia fuerimentum, id ex opere op

Immo oblectem fige eadem seff. detestatio est peccandi de mentio significationis, dicitur cetero non tractamus, num. 11. d. borsosa vel p. niendum peccandam divini voluntariè totum operatiuriam in omni quendam, merè intercedere, numpiam probantur. Igitur intentum.

4. Satisfactio est pars Sacramenti Penitentia.

Nec ille idem Auctor fessio & A. essent partes creationem verum Sacramentum illæ Eucharistia hic. Ita Pa